

Contrarium, Bart. in l. nemo ex bis communiter approbatus, ff. de reg. jur. Boeri. decis. 164. num. 12. Bos. in prax. crimin. tit. de defensor. Quod malum (ut alia, quae concessit Menoch. d. cas. 276.) toleratur, ne defensionis facultas restringatur, ex quo malitia praevalat calumniantium. Quando autem mendacium puniatur, tradit late Pacian. d. cap. 19.

Ad Num. 3.

15 Qui instrumentis falsis, quae per se, vel per alium confecti, utitur, poena falsi ordinaria plectitur; qui vero eis a se non confectis utitur, extraordinario supplicio pro iudicis arbitrio punitur, Menoch. de arbit. cas. 315. à num. 2. Cyn. in l. 2. col. 1. vers. Queritur circa, C. de fide instrument. Anani. in capit. ad falsariorum, col. 1. in fin. de crimin. fals. Joan. Faber. in §. item lex Cornelia de falsis, inst. de public. iudic. Farinac. in prax. crimin. tit. de falsitat. q. 151. num. 65. Afflict. decis. ult. num. 18. in fin. Bald. in l. jubemus, §. Jane, C. de sacrosanct. Eccles. Cevall. tom. 3. q. 92. num. 6. 7. Instrumentum autem falsum fabricare etiam ad propriam, iustamque defensionem, esse culpam lethalem adversus iustitiam legalem, & rempublicam, docent Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. par. 1. cap. 4. n. 4. Tanner. 2. 2. disp. 4. sect. 6. dub. 12. num. 332. Dian. par. 3. tract. 6. miscellan. resolut. 56. Lug. de iust. & iur. tom. 2. disp. 40. num. 27. vers. Objici potest. Si vero per fabricatum instrumentum nemini injuria fieri possit, quia solum respicit favorem fabricantis, vel alterius, poena arbitraria imponitur; Menochi. cas. 306. num. 39. Felin. in tract. quand. conat. puniat. vers. Fallit secundo, Jul. Car. receptor lib. 5. §. falsum, num. 35. & §. perjurium, num. 11. Surd. decis. 282. num. 18. Farinac. sup. quest. 150. num. 291.

Ibi : Ita enim falsum committit, qui interrogatus veritatem.

16 Non minus fit falsi reus, qui interrogatus suppriimit veritatem, quam qui mendacium dicit, Menoch. cas. 310. num. 14. Tiraquell. de poen. temperand. caus. 44. n. 15. Sanchin. de heret. col. 14. num. 2. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 30. Mascard. de probat. concl. 743. num. 12. D. Covar. in cap. quamvis pactum, par. 1. §. 7. num. 6. de pact. in 6.

Ad Num. 4.

17 Interrogatus judicialiter, num acceperit mutuo centum à Caio; quae jam secretò solvit, ita ut solutionem probare non valeat, tunc conficienda negat, utendo abstractione; Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 10. num. 27. Felin. in c. ex tenore, in princ. de testib. Barbatia conf. 12. col. 3. vers. praeimito etiam, quod voluit, vol. 2. Deci. in l. ea est natura. n. 3. ff. de reg. jur. Marfil. sing. 177. Boer. dec. 243. num. 10. vers. Sed contra hoc remedium, Ancharran in cap. 2. num. 2. vers. Juxta praedicta quaro, col. 22. de reg. jur. in 6. Azor. part. 1. lib. 11. c. 4. q. 5. reg. 2. Rem gi. in prax. Confessorior. tract. 2. c. 2. §. 3. vers. El que pagò cien ducados. Parlador. rer. quot. l. 2. cap. fin. par. 1. §. 4. num. 13. in fine, Diana par. 3. tr. 6. miscellan. resolut. 30. Bonacina tom. 2. disp. 4. quest. 1. de jurament. punct. 12. n. 5. vers. Nono sequitur, Pat. Suar. de religion. tom. 2. lib. 3. de jurament. cap. 9. num. 6.

18 Idem docent de occidente ad sui defensionem, nam se occidisse potest inficiari. Les. d. libr. 2. cap. 42. dub. 9. num. 47. Diana ubi proximè. Similiter qui promisit ducere Bertam in uxorem, si ob iustam causam, quam probare non valet, stare promissis

non teneatur, tunc negat promissionem, Sanch. sup. num. 28. Navarr. in cap. aures q. 1. num. ult. 22. q. 5. Philiarth. de offic. Sacerdot. 1. par. 2. lib. 3. cap. 14. in fin. Et generaliter omnes ferè concedunt, quod quotiescunque adest iusta causa celandi veritatem, veluti ad tuendam vitam, honorem, vel bona, licet etià cum juramento iudici amphibologicè respondere, referendo verba ab mentem ipsius jurantis, quo mendacium non dicitur; quam doctrinam variis exemplis exornant, ac defendunt Diana ubi proximè, Sanch. in Decalog. libr. 3. cap. 6. à num. 16. Remig. sup. Valenc. 2. 2. disp. 5. q. 13. punct. 2. vers. Omnes nihilominus, & vers. Ad secundum argumentum. Pat. Suar. d. cap. 9. num. 5. Bonacin. num. 3. cum seqq. Navarr. in Manual. cap. 12. num. 18. Becan. de iust. & iur. q. 8. de jurament. num. 4. Philiarth. h. sup. d. cap. 14. à princip. Les. sup. n. 46. 48. Sayr. lib. 5. cap. 4. n. 21. Quicquid sentiant Syrv. 2. 2. q. 89. art. 7. q. 3. concl. 5. Guttier. practicar. lib. 1. q. 60. qui D. Covar. impugnat. Did. Perez. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. col. 911. Jas. in l. manifesta, ff. de iure iur. & in l. Julianus verum debitorum, num. 14. ff. de condit. in debitor. & alii.

Ad Num. 5.

Debitorem in quinquaginta interrogatum in iudicio, an centum debeat? non posse licite inficiari positionem, sed fateri debere quantitatem, quam debet, affirmat Didac. Per. sup. col. 915. Pacian. d. lib. 1. cap. 18. n. 6. & n. 20. in fin. ubi latissime, Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz, reg. § 64. Joan. Andr. in cap. 2. num. 22. vers. In glossa, quia positio, col. 5. in fin. de testib. in 6. Ant. Gabr. l. 2. commun. concl. 4. de expens. Butri. in cap. dilecti, vers. Nota praedicta, quod si petatur, col. 3. de majorit. & obedient. Sarmient. de redditiis. Ecclesiast. part. 4. capit. 6. numer. 10. Cagnol. in l. non potest videri improbus, num. 6. vers. Articulus est difficilis, ff. de reg. jur. August. Barbof. in collectan. ad cap. 2. num. 19. de confessis in 6. Lancelot. Galliaula in l. 1. §. si stipulanti, num. 11. vers. Circa ultimam questionem, col. pen. ff. de verbor. obligat.

Vers. In oppositam sententiam.

Sed licere absolute, negare positionem, sustinent Diana d. resolut. 30. Cevall. tom. 1. q. 431. in fin. Albertic. in l. 1. §. cum adiecit, num. 12. vers. Expeditis contrariis, ff. de verbor. obligat. Bonacin. sup. num. 5. vers. Decimo cum non censeri, Gratian. disceptat. cap. 109. num. 20. Lanfrancus de Oriano in cap. quoniam contra, verbo, responsiones, num. 15. vers. Nona regula, de probat. Surd. decis. 58. num. 3. Azor. par. 1. lib. 11. cap. 4. q. 5. reg. 2. Marfil. in rubric. ff. de fidei iussor. num. 339. vers. Quarto limita, Petr. Barbof. in l. cum qui temere, à num. 141. ff. de iudic. Remigi. sup. d. num. 6. vers. El que debe circuenta, Archidiacon. in d. cap. 2. n. 4. in verbo, sigillatim, el primero, col. 4. de testib. in 6. Rebuff. in tract. de exceptionib. num. 148. Sanch. d. cap. 6. num. 33. Nald. in summa, verbo interrogatus, num. 2. & alii. Quae opinio quomodo sit intelligenda, statim cum D. Covar. suis locis ostendetur.

Vers. Quamobrem ego opinor.

De hac assertionem videndus est Pacian. d. cap. 18. à 23. n. 9. ubi cum multis contra D. Covar. resolvit negantem totum in hoc casu, pro quantitate debita in mora non constitui, nec posse in expensis condemnari, nisi actor exprimat, se paratum esse, recipere partem eius

24 ejus, quod petit; & hanc magis communem opinionem dicit. De quo etiam Ant. Gabr. concl. 4. de expens. à num. 10. Fundamentum autem D. Authoris ex l. si servus 14. §. bove, ff. de condit. furtiv. ex eodem textu corrui, ubi non agitur de mora furis, sed de dolo domini bovis furtivi. Praeterea cum fur semper in mora sit, in re furtiva §. si i. ff. eod. argui non potest quoad moram, à fure ad debitorem ex contractu. Tamen posset dici, quoad expensas, Paciani sententiam omnino esse veram: non enim verosimile est, ut qui centum petit, quinquaginta acceptis à lite desistat, ut ipse considerat num. 9. Quoad moram vero magis placet D. Covar. opinio, nam cum sub maiore summa minor in affirmativa comprehendatur, ut notant DD. in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. obligat. qui postulat centum in iudicio, etiam minorem quantitatem virtualiter ac tacite petit argument. l. si quis cum totum 7. ff. de ex rei iudicat. per quam interpellationem iudicalem reus in mora constituitur respectu ejus, quod debet.

Neque obstat, quod verisimile non videtur, actorem debiti petiti partem accepturum ex l. tutor. 41. §. lucius, ff. de iur. Aliud enim est creditorem cogi non posse ad recipiendam debiti partem, quod probatur in eo textu; & aliud, quod debitor non teneatur offerre summam minorem, quam petitam, ut ille si velit, eam recipiat, & super residuo litiget, ex quo nullum patitur detrimentum. Imò Glossa in d. §. Lucius, asserit in nostro casu, scilicet cum debitum pro parte agnoscitur, & pro parte inficiatur, cogendum esse, ut quod offertur, accipiat, creditorem; sic intelligens textum in l. quidam 21. ff. si cert. petat. At cum non liquet quantum debeatur, nec moram committit qui conventus negat quod petitur, cum ipse nesciat, quod soluturus est; quod Pacian. probat n. 14. Tametsi Alciati distinctionem, quae vera est, non admittat, ex eo solum, quod est contra communem quoad membrum alterum, dum docetur, moram committi, nisi offeratur quod debetur.

Vers. Utrum, quod attinet ad principale.

25 Licet quia inficiendo totum, cum partem debeat, contra veritatem non veniat, peccabit tamen contra iustitiam retinendo alienum invito domino, nisi negationem cum animo restituendi debitum emiserit, & hoc effectui absque culpabili mora mancipaverit: Ita Sanch. d. num. 33. Guttier. d. q. 61. n. 2. Remig. ubi proximè, Bonacin. d. vers. Decimo, eum, non censeri.

Vers. Secundo asseram audacter.

26 Negantem simpliciter positionem, cum major summa petitur quam debetur, perjurii reum non esse, ultra Laudatos sup. num. 14. tenet Guttier. d. quest. 61. num. 24. in fin.

Ibi : Secundo in eadem specie deducitur.

27 Is, à quo plus petitur, cum aliquid debeat, si respondeat in iudicio, se nihil debere perjurus erit; Guttier. d. n. 2. Hieron. Butigella in d. l. 1. §. si stipulanti, n. 14. in fin. vers. Unum vero adverte, col. 7. Pacian. d. cap. 18. num. 18. vers. Tertiam distinctionem. Nec abstractione uti permittitur hoc casu, quia nulla subest iusta causa ad inficiandum, quod vere debetur.

Ibi : Tertium, reum interrogatum explicite.

28 Similiter perjurium admittet, qui rogatus num debeat centum, vel minorem quantitatem? quam debet non fatetur, Guttier. d. num. 2. Angel. in d.

§. si stipulanti, in fine, Cuman. num. 7. verb. tamen ad tollendam dubitationem, col. 1. Castrenf. num. 5. vers. Speculator tamen tenuit, col. 2. Jas. vers. Sed in practica ad evadendum, col. fin. Alciat. n. 52. vers. Ad evitandas igitur, col. penult. Cagnol. in d. l. non potest videri improbus, num. 6. vers. Sed ad evitandum, ff. de regul. iur. ubi salutarem clausulam appellat, quam docuit Angelus supra admonens Advocatos, ut semper addant in libello, quod si reus credat, se quantitatem expressam totam non debere, declaret, quam se debere, agnoscit, & qualiter, ut sic nullo subterfugio se possit juvare, ne fateatur debitum, quod probat Pacian. cum aliis, num. 16.

Ibi : Quarto ipse infero.

An perperam faciat, qui negat simpliciter positionem debens aliquid, quia plus petitur? dictum est proximè, num. 16. ubi DD. referuntur.

Ibi : Ultimo obiter adnotabo.

Quando minor summa sub maiori contineatur, explicatur infra hoc libr. cap. 20. num. 90.

Vers. Separatim tamen expendere libet decisionem.

De interpretatione cap. I. de arbitr. in 6. & l. 29 diem proferre, §. si plures, ff. de recept. arbitr. videnti sunt Cujac. observat. lib. 12. cap. 26. num. 7. Felin. in cap. cum inter n. 19. de re iud. Alciat. lib. 9. parerg. cap. 14. Franchis decis. 356. à num. 1. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 3. §. 32. gloss. 3. Valasc. de partitionib. c. 9. ex num. 12. Ant. Fab. in rational. ad d. §. si plures, Gratian. disceptat. cap. 167. n. 6. Deci. in l. in eo, quod plus, num. 9. ff. de reg. iur. Butigella in d. §. si stipulanti, num. 5. Ferrar. num. 6. Fulgos. in d. §. si plures. Quae decisiones Pontificis, & Consulti, ea ratione communiter defenduntur, quod cum arbitria abinstar iudiciorum inventa sint, l. 1. ff. de arbitr. Donell. lib. 28. commentar. cap. 14. in fin. Arbitrii iudicium vices gerant, Cyriac. controvers. tom. 3. contror. 471. num. 18. Sicut valet sententia iudicium discordantium, quae reo favet, cap. fin. de re iudic. l. inter pares 38. ff. cod. ubi expressim de diversitate quoad quantitatem condemnationis agitur Sic idem placuit in Arbitris, ut, ubi paria sunt eorum suffragia, illa sententia praevalcat, quae magis favet reo, dum in minori quantitate condemnat, in quam caeteri Arbitri saltem materialiter consentire, cum in maiori summa condemnant, ut Consultus inquit. Quod etsi difficile videatur, jus tamen id admisit, cui maximum extinguendum litium est studium; cap. finem. litibus §. de dol. & cont. l. prosperandum 12. C. de iudic. ob crimina, aliaque detrimenta, quae ex eis oriri solent, Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. à num. 20. Rebuff. in proem. Concordator. verbo, sumptibus, pag. 511. & in l. litis nomen, ff. de verbor. signif. Cotta in memorabil. verbo, lites, p. 551. Gregor. Lop. in l. 26. tit. 4. par. 3. Atque ita ipsas finiri publice interest, Flamin. de resignat. benef. lib. 3. q. 5. n. 12. 13. Quod maxime movere potuit, ut contra strictam juris rationem pro valore sententiae in ambiguo responderetur.

Ad textum autem, in l. si ita stipulatus fuero 120. 33 ff. de verbor. obligat. respondetur, ibi promissam fuisse pecuniam, non ut quantitatem, sed ut corpus; aderat enim sacculus, vel acervus aureorum quem

quem stipulatus est quidam sub conditione, si centum in eo essent; quare si tot in eo non sint, conditione deficiente, nihil debetur, quo casu, etsi contrahentes in majorem summam consenserint, in minore noluerunt obligationem contrahi, & ita deciditur; nam contractus ex conventionem partium legem accipere dignoscuntur, l. contractus 24. ff. de reg. jur. Et licet Consultus asserat, obligationem non esse conditionalem; illud referendum est ad veram conditionem, per quam dispositio in futurum confertur, quod ibi non contingit; nam statim stipulatio valeret, si centum aureorum esset; aut irritaretur si eam quantitatem acervus non contineret, prout ibi evenit; conditio autem quæ ad præteritum, vel præsens refertur, non est proprie talis, l. cum ad præsens 37. cum dnab. seqq. ff. si cert. petat. l. institutio talis 10. ff. de condit. institut. Gloss. in l. conditionum 90. verbo, in futurum, ff. de condit. & demonstr. Unde licet oratio illa, si centum aureorum est, debeat verificari ut subsistat contractus, tamen stipulatio proprie conditionalis non est, quia nunquam per rerum naturam in suspensio fuit, etsi contrahentes eventum non cognoverint, antequam aurei numerarentur.

Ibi: Ex quo plura deducuntur.

35 Constituti ad æstimandam rem aliquam, nisi in pretio convenient, nihil agunt, nec est locus decisioni d. si plures, cum hi iudicibus similes non sint. Idem in testibus deponentibus de valore cuiusque rei est dicendum, quia standum non est dicto eorum, qui minus valere testantur, Ant. Fab. in ration. ad d. si plures, de quo Hermos. in l. 56. gloss. 6. à num. 158. tit. 5. par. 5. Parladorius quotidian. quest. q. 9. ex num. 1. Gratian. Marchia decis. 32. à num. 15. Garcia de expensis, cap. 24. ex num. 7.

Ibi; Secundo eadem ratione.

37 Similiter non obtinet præfata decisio in Arbitratoribus, quia arbitramentum potius naturam contractus, quam iudicii sapit. Et Arbitratores ut negotiorum gestores habentur, quorum definitio dicitur transactio, & mandatum, non sententia; optime Cyriac. d. controvers. 471. à n. 8. Rebuff. ad leg. Gallia, tom. 3. tit. de arbit. art. 1. gloss. 3. Gail. observat. lib. 1. observ. 150. num. 4. Hinc fit, ut quemadmodum contrahendo nihil agitur, si in quantitate dissensus interveniat, l. si decem 55. ff. Locat. §. præterea, Inst. de inutilib. stipulat. ita nullius erit momenti arbitramentum, si in summa Arbitratores discordent.

Verf. Tertio quamvis duobus.

39 Hæc quantitas octuaginta mille quadrantium ampliata fuit usque ad centum mille, per l. 26. tit. 5. lib. 2. Recopilat. Postea verò Philippus Secundus ipsam extendit ad centum quinquaginta mille anno 1562. Quæ constitutio extat inter ordinationes Granatensis Cancellariæ, sub. tit. 3. lib. de fol. 168. ut notatum est in margine d. l. 26. per Compilato-rem. Ultra quam summam tria esse debere supremorum iudicium suffragia conformia, ut sententia sit; stabilitur l. 43. eod. tit.

Ibi: Quod si impar sit plurium Ordinariorum.

40 Nimis restringitur decisio d. l. inter pares, quæ indistincte loquitur, si eam non admittamus sequuti

D. Covar. ubi impar est numerus Judicum, cum eadem ratio militet, sive par, sive impar sit numerus iudicantium; nam & si tolli possit ambiguitas, si major pars eorum uni sententiæ subscribat, frequenter tamen contingit, ut data imparitate Judicum, eadem perplexitas reperiat, ut in d. si plures, evenit in Arbitris. Præterea ponamus, quinque Judices ordinarios de causa cognoscere, quorum unus in decem, duo in viginti, & reliqui duo in triginta reum damnaverunt; quo casu recurrendum necessario est ad d. l. inter pares, decisionem admittendo sententiam eorum, qui ad viginti teneri reum iudicaverunt, ut ipsi favorabiliorem, nam unius Judicis sententia non prævalet, licet mitior sit, cum non est par numerus suffragiorum, siquidem duo aliter causam definierunt, ex quibus constat non desiderari, ut d. legi locus sit, parem esse numerum Judicum constitutorum, ut quatuor, vel sex, sicut D. Covar. docet, sed suffragiorum; ita ut tot habeat pro se sententia reo favorabilis, quot contraria; & cum eadem militet ratio, ubi est impar numerus Judicum, ac cum par reperitur, sicut demonstratum est; idem jus observari debet, l. illud, 32. cum vulgatis, ff. ad leg. Aquil.

Verf. Quarto fortiori ratione.

Quod decisio d. si plures, sit observanda, etiam cum in majori summa condemnantes exprimunt, se nolle alterius sententiæ consentire; cum Glossa in d. c. 1. de arbit. in 6. tenet Aug. Barbof. in collect. ibi, num. 4. & ultra rationes, quibus ille nititur, considerari oportet, nemini dubium esse, quic Arbitrator, qui in majori summa condemnat, ut puta in decem, vel quindecim, minimè consentiat condemnanti in quinque, imo eum iniquè iudicasse existimat; cum non compatiatur, ut qui iudicat, Titium debere decem, sentiat, quinque præstando, satisfacere. Unde cum manifestè ex facto ipso colligatur, hunc Arbitrorum dissensus tacite inesse, & jus nihilominus sententiam valere statuatur, in d. si plures, idem juris erit, si dissensus ille fuerit expressus. Nam expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur, l. 3. C. de fide iussorib. l. hæc verba 42 3. ff. de leg. 1. l. in conditionibus 19. §. 1. l. aliquando 107. ff. de condit. & demonstrat. Mantie. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 5. tit. 6. num. 5. Ponte de potest. Proveg. tit. 8. §. 3. num. 14. Gratian. disceptat. cap. 523. à princip. Præterea sententia minoris summæ non sustinetur in illo textu, ex eo quod in majori condemnantes illi consentire videantur, quod omnino falsum est; sed quoniam senserunt quinque deberi, saltem implicite, quatenus sub majori summa minor continetur; quod per protestationem dissensus factam per Arbitrum tolli non potest.

Ad Num. 7.

Verf. In primo igitur casu.

Redire tenetur ad carcerem, qui juramento promisit se reversurum, licet injustam mortem timeat, nisi relaxationem impetraverit juramenti, Pat. Suar. d. tom. 2. de relig. tract. de juramento. lib. 2. cap. 10. Les. de just. & jur. tom. 2. cap. 41. dub. 6. Lug. eod. tract. tom. 2. disp. 40. sect. 4. num. 49. Becan. eod. tract. in q. 89. D. Thomæ, quest. 5. num. in fine, Salas, de legib. disp. 15. sect. 7. numer. 95. Bonacina tom. 2. disp. 4. q. 1. punct. 9. num. 2. verf. Secundo sequitur, Mercado lib. 6. de contractib. cap. 16. §. esto es, Sot. de just. & jur. lib. 8. q. 1. art. 7.

7. ad 3. col. 10. Armilla verbo Juramentum; nu. 13. & alii quos refert ac sequitur Sanct. consil. moral. lib. 6. cap. 4. dub. 16. num. 4. & latissime in Decalog. lib. 3. cap. 11. num. 29. qui hanc probabilior sententiam dicit, fatens contrariam probabilem.

44 Horum potissimum fundamentum est, quod juramentum hoc obligat, cum sit de re licita, cap. si vero 8. de jurejur. Homo enim licite potest iustis de causis propriam vitam mortis periculo exponere, veluti ob bonum commune, vel aliquam virtutem; ut communiter DD. docent, ac exemplis illustrent, Diana p. tract. 4. resolut. 31. Sot. lib. 5. q. 1. art. 6. Filiuci tom. 2. tract. 29. 1. num. 27. Remigi. d. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 2. Iusta autem causa in casu nostro est, Religionem servare juramenti, quo Deum quasi in fidei iussorem promissor adduxit, quem jurans, quatenus in se est, curare debet, ne fallacem reddat: ita Lugo ubi proxime, Sanch. & alii.

Ad hæc, qui jurat captus de redeundo, ut laxetur à carcere, non sua sponte se periculo subicit, sed ad idem, in quo prius erat, Religionis nexu restrictus revertitur. Tandem si tale juramentum absque peccato servari nequit, ut D. Covar. & sequaces volunt, peccaret utique jurans se ad carcerem rediturum. Nam autanimum habet revertendi, & rem illicitam sub juramento promittit, quod nefas est; Dian. p. 4. tract. 4. resolut. 160. Tanner. 2. disp. 5. q. 5. dup. 1. n. 13. 14. & omnes communitat. Aut jurat sine intentione redeundi; & peccabit etiam, cum nulla ex causa mentiri liceat, Remigi. d. tract. 2. cap. 2. §. 6. n. 2. Sot. lib. 8. q. 2. artic. 2. in solut. ad 3. Dian. p. 9. tract. 8. resolut. 56. 47 Ex quibus, hæc probabilior sententia videtur; quam ex aliis limitat Bonac. ubi proxime, quando jurans usus est abstractione, vel si post prælitum juramentum cognoverit, gravius sibi imminere periculum in reditu ad carcerem quam ipse tempore, quo juravit, existimabat.

Ibi: Contrariam tamen sententiam.

47 Sed quod reus absque perjurii labe possit ad carcerem non redire, etiam nulla relaxatione obtenta, cum D. Covar. sentiant Pat. Val. 1. 2. disp. 174. cap. 5. n. 35. Reginald. & Navarr. Apud Bonacina ubi supr. Duennas reg. 393. limit. 4. Gattier. de jurament. confir. p. 1. cap. 5. n. 25. Menoch. conf. 82. num. 125. Tabiena in summ. verb. Carcer, num. 2. Sylvest. verb. Accusatio, qu. ultim. Jul. Clar. in praxi crim. §. fin. quest. 21. num. 27. Joan. Valer. de different. int. utrumque for. verb. Defensio, different. 8. Angel. in summ. verb. Carcer. num. 4. Major. 4. disp. 15. q. 22. Sylv. nupt. lib. 3. num. 44. vol. 4. fol. 39. Quæ opinio æqua quidem est, ac favorabilis, ut quis absque animæ periculo propriam vitam ab injuria tueatur. Illud Sanch. licet contrariæ accedat sententiæ, ut omnino comperit, quod secluso juramento captus non teneretur redire ad carcerem, quamvis id promiserit, nam promisso debet esse libera, d. dub. 16. num. 2.

Ad Num. 8.

50 Licitum est, ob evitandum tormentorum cruciatum, crimen, quod torquendus non paravit, sibi falsò imponere, etsi ex eo mors consentis subsequatur; nam homo non tenetur vitam propriam servare cum tanto dolore, ac nocimento: quod est intelligendum mediante abstractione, alio-

Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

qui mendacium aut perjurium committere fas non erit, imò potius omnia mala sunt sustinenda: cap. sacris 5. de iis, quæ vi: Ita docent Navarr. lib. 2. cap. 4. num. 21. Dian. p. 3. tract. 5. resolut. 7. Joan. Sanch. selectar. disp. 46. n. 16. Les. d. lib. 2. c. 11. dub. 7. num. 41. Remigi. d. tract. 2. cap. 4. §. 19. num. 1. Pellizari. in manual. tom. 2. tract. 9. cap. 4. n. 120. qui limitat cum Rodrig. tom. 2. q. 10. tit. 10. in Religioso gravi, optimæque æstimationis, nam cederet in dedecus totius Religionis ea falsa confessio, & ideo vix à peccato mortali poterit excusari, ut inquit Rodriguez. Illud cum Remigio notandum est, non requiri, ut quis sibi crimen falsò imponat, quod experiatur tormentorum acerbiter; sed sat esse, quod moraliter certus sit, ut torturæ sit subjiendus; atque ita consulat ut prius quam fateatur à suo Advocato quaerat, an secundum actum torquendus sit, nec ne:

Ex quibus inferitur resolutio ad secundum casum nempe cum quis convictus de hæresi, ne ut negatus occidatur, falsò id crimen se admisisse fateatur, ut ad poenitentiam recipiatur; nam hoc utique permittitur: si enim potest quis ad evitandum torturæ dolorem, dare causam morti suæ agnoscendo scelus, quod non perpetravit; à fortiori idem concedendum erit, ut vitam servet. Nec de fama contentis curandum est, quam contemnere quilibet potest, cum sub dominio, ac dispositione nostra, sicut cætera bona, eam habeamus, nisi alius fuerit necessaria Pellizzari. supr. tom. 1. tract. 6. cap. 7. n. 16. Cyriac. tom. 1. controvers. 101. num. 4. & est communis. Imò licet verum confiteatur cum D. Thoma quolibet, 10. q. 6. art. 13. Menoch. conf. 94. num. 2. peccatum esse famam propriam prodigere, de quo videndus Bonacina tom. 2. tract. de contractibus, disp. 2. quest. 4. punct. 10. Hoc casu nihilominus excusaretur à peccato, qui falsò hæresim fateretur; quoniam si non obligatur quis patii tormenta propter vitam, multo minus tenebitur mortem sustinere propter famam, quando quidem mors omnium terribilium ultimum sit, ex Philosph. 3. Ethicor. cap. de fortitud. notat Bald. in rubric. C. si quis ali. testar. prohibuerit, col. 6. & vitæ regulariter æstimabilior est fama: argumento l. si adulterium cum incestu 38. §. liberto in fine, ibi: Nam cujus fama, multo magis ejus vitæ parcendum est, ff. ad leg. Jul. de adulter. Atque ita communitè docent Theologi, licere crimen sibi falsò imponere, ut mortem quis evadat, videatur Bonacina ubi proxime, nu. 8. verf. Respondeo. Modo perjurium abiit, ac mendacium.

Verf. Caterum ut ad propositam.

Authores, qui hanc sententiam probant, infra laudantur in verf. Decimo ut ad propriam, num. 70. ubi eam D. Covar. amplectitur.

Ibi: Qua ratione ipse discrimen constituo.

Differentiam hanc, inter actus directè, vel indirectè tendentes ad mortem, admittunt communiter omnes. Videantur Filiuci. tom. 2. tract. 29. cap. 1. num. 72. Diana part. 5. tract. 4. resolut. 30. Remigi. dist. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 2. Sanch. dist. lib. 6. cap. 4. dub. 13. nu. 2. 4. & dub. 14. num. 4. 5. Thom. Del-Bene de immun. Eccles. tom. 2. cap. 19. sect. 3. num. 15. Sic iudex neminem damnare potest, ut se ipsum occidat, D. Thom. 2. 2. quest. 6. art. 4. Dian. supr. resolut. 39. ubi docet, non licere reo, venenum à ministris iustitiæ propinatum haurire; quia hæc actio tendit directè ad mortem,

B Comitol.